THE

JUNIPER LECTURER

CORRECTED,

And his

Latin, Pagan, putid Nonſence

PARAPHRAZED.

ALSO, THE

COFFEE SCOFFER

Cuffed, and Kicked:

OR, THE

PITTIFULL PÆDAGOOG'S

Latin Vindication.

LONDON, Printed in the year 1662.

UMI

A

FABLE.

Oths, Bats, Daws, Owles, ambitiously did seek
To speak pure Latin, learn the copious Greek.
The one they chatter'd rudely, but the other
They knew no more, then the blind-born doth (color.
But to conclude, they self-conceited were;
And challenged their betters, without fear.
The *Cuckow, Parot*, they to match did think;
But either these, did make them all to stink.
The *Cuckow* learnt so much, that he spake Greek
More in an hour, then they did in a week.
But the rare *Parot* spake the tongues so high,
That made them all with envy for to cry;
Come no more *Parot* to us; lest this don,
We rub your bunch-back in the scorching sun.
They made the Bird a *Camel*. Thus we see
Fools, Knaves, Sots, Pimps publish their

Ὁ ψερμοσκώπτης τῦ πομπεύοντος παιδευτῦ παιδευθείς· ἤγνω,
Ὁ ἀρκεύθινος ἀναγνάσης τῦ ψελαμβεύοντος διδασκάλυ χλευασθείς.
Ἔγνων, ἀνέγνων, κατέγνων.
Τυχὸν ἔγνως, ἀλλ' ὐκ ἀνέγνως· εἰ γὰρ ἀνέγνως, ὐκ ἂν κατέγνως.

Apulat *Orbilius*: quis? & à quo? ſalpa ſalivans!
Te Corydone ſubex, torta flagella teram?
Iuniperive cibo tineis lectura magiſtro.
Sed tua juniperus toxica tetra tegit.
Edita ψερμομαχης per ſcribam. Verna Lyæo
Se dicat; heſternum non olet iſte merum.
Evion, Εὐάνιον, patientem ferre dolores,
Ebrius oggannit. Blax Acheronta ciet.
Eſt regale probis à te mala ſcire cinædo,
Indoles eximium cui negat eſſe pilum.
Oedipon & Sphingem glomeras, Centaure biformis!
Veri blatta capax exulat ore tropus.
Quam te delectat, ſcurrilis ſimia Clivi,
Fundere probroſis plauſtra referta dolis!
Scommata cudendi tentat præcordia fervor:
Me lupa nutrivit, me genuitque draco.
Qui tibi ſuggeſſit rabidos reboare furores,
Præcipitem, caveas, ne det in omne nefas.
Cur tibi reſcribam, nihil eſt rationis habendum:
Denuò rixanti, ſarda, ſilere reor.

Sæpius

Sæpius allatras mihi flagrio flegmina, nates;
Quàm ſenſere graves chara caterva volas.
Arguit hoc puerum ſceleri vixiſſe ſubactum,
Crudas vibices commaculâſſe cutim.
Heu ructas, ſputas, hirris, pædantius audit
Infimus hic, cum quo bella cruenta gero.
Deſpicis abſimilem quemvis tibi, ſordide leno,
E quorum numero glorior eſſe ratum.
Perdite perjuras, me quid cuculâſſe nitentes
In *Grotii* titulos, collutulâſſe genus.
Præpoſuiſſe ſtylo fateor documenta laborum:
Hinc illæ lachrymæ profiluere mihi.
Me ſilicem mendax tranſcendere dæmona damnas,
Vejovis & matrem. Nonne Car ipſe paves?
Vulnera, tela, faces peſſundator arma minatur,
Invocat & furias, queis agitatur hebes.
Quid tibi, monticolæ nocuerunt, combibo, Cambri?
Gutture quos patulo contumulare ſitis.
Compedibus carioſe fremis me Thraſo teneri
Te curaturum, ſi tua menda querar.
Non feralis hylax lunam latratibus urget:
Corvus & ignorat, quod reſonare ſolet.
Sic tu colluvies creperâ raucedine mugis,
Quæ moveant riſus, parturiantque ſtrophas.
Quonam jure decet fatuum ſartago loquendi?
Scribendi ſcabies quâ juvat arte pecus?
Quicquid tè decorat, vitiat me; lurco reluctans,
Imperat ingenio trux Libitina Getæ.
Porce voras glandes, tamen helluo ſuſpice quercum,
E qua proveniunt pabula grata gulæ.

Nati-

Nativum ſpeculo videas Epicure colorem:
Dirigat enormes cœlica ſuada Vias.
Rorida vulnificis vernant viridaria ramis,
Suavia ſpinoſi dant melimela rubi.
Arborei fœtus digitis removentur in alto,
Non reſidi, reduci ſerta liganda rati.
Sudanti, non torpenti favet ardua cœlum:
Quiſquis edit panem, non fugit ille molam.
Cur ſcopulos ſulco? quid arenæ ſemina mando?
Serpenti ſurdo cantica caſta cano.
Corripis immeritum furti me, rana coaxans,
Non ego te furem defero, multa reum.
Stultitiam memoras capitalibus ipſe figuris:
In me livor edax fulmina bruta tonas.
Fellea metra dolas epulo, licitaris acumen:
Sortitur ſegnes cœca latrina modos.
Si ſocors vocitere, ſalis, minitare, citaris:
Quilibet inſipidus buccinat, alta ſapis.
Conceptus cecinere tui, ludibria ventis
Te fore calcatum, prave ſaperda, ſalem.
Quinam conceptus, regeris? date ſpicula manes,
Ut mittam furvis, qui mihi pugnat, aquis.
Si ſermo mentem pingit, ſi fata repandit,
Naſceris ipſe pati ferre tributa bulo.
Nuper Grammaticum, ſed nunc ego divido furcam:
Abſint auguriis omina certa Magi.
atum fico cenſes diſcindere vocem,
Nunc gratare Cilix me ſecuiſſe crucem.
nicus appares, ſtygio pæane triumphas,
ſon linget, terget poſteriora mihi.

Nolo

Nolo crabrones, nolo lætamina tangi;
Gallus ſimetum non ego ruſpor: abi.
Tranquillant choleram Præcepta, fugantque timorem:
Hem tibi, rixando Phyllida tortor emis.
Hexametris & Pentametris modulabor Iambos;
Æri aurum, ſolidos æreoliſque dabo.
Ne mirere comes, ſine punctis bombilat atrox;
Amiſit ſtimulum veſpa moleſta ſuum.

Pæan Triumphalis.

Eja age ſtercoreo libemus vina Tonanti,
Nec non cœlitibus ſubditiore gradu.
Pandamus ſacrum celeres matrique Vacunæ.
Incipit ariolus ſollicitare Lares.
Occidit occiſor fiſco, dominator honorus
Clarior ætherei fulgurat igne tholi.
Provocat Entellum Dares certamine cœſtus,
Succubuit, ſterilem dente momordit humum.
Οὔτ' αὐὴρ πίλιτιμ ἀοὶς πᾶσιν ἀοξξιν ἄπιρ'.
Ludimagiſter hiat caſſior arte cocis.
Paganus veterum violat ſacraria Vatum,
Luxatus lacero carmine. Lector, ovo.
Pris bovicida blatis à me tolerare *cianum*:
O rubor! ô facinus! penna proterva tace.
Dux dichoræus erat (ſic triſtia fata tulerunt)
Splendidus à modulis decapitatur avus.
Sordibus immodicis latices immiſcuit ultor.
Pulchra triumphalem cinge tiara comam.
Lerna Brittannorum populi, mendice vagaris,
Morbida ſus peperit te nothon inter haras.
Armiger aut miles, qui talia ſpargere de me
Audeat, ignotum ſe ſciat eſſe ſibi.

Io libemus merum Coprio Jovi,
Et diis minorum Gentium;
2 *Cloacinæque matri pandamus Sacrum,*
Quippe occidit pedantius;
3 *Facetque pueri dextra confoſſus Dares*
Mordens arenam dentibus:
4 Οὔτ' ἀοὶς πᾶσιν ἰγναμαθείαι ἄχθος:
Magiſter ignorantiæ;
5 *Qui ſemi paganus ſacra Vatum pollnit*
Lacinioſo carmine;
6 *Et puriores rivulos immiſcuit*
Smectimnianis ſordibus.
7 *Circumforaneum vah mendicabulum*
Labes popelli Cambrici!
8 *Quem Campis fœtidum gurguſtidon*
Enixa fertur ſpurca ſus:

Histrio tressis, epôn sutor, flagrique dynasta,
Hircose ô Mævi, nausea dira stygis.
Quem Deus ac homines oderunt, flebile monstrũ:
Si prior immittit, vexat asilus equum.
Speras te niveo curru pulsare sedentem,
Vertice sublato sidera summa colum?
Stellas Evantisque (viri proh numina quanti)
Sectantes umbram lambere? græcor Arabs.
I, licet ad cuculi celsis in montibus urbem,
O tu terreni rudus, amurca fori!
Istius & tandem consors faciende popelli,
Occine tu nugas, funereosque tonos.
I crucis ipse cliens, crepitans febrile cerebrum,
Literio properus litera longa cluas,
Strinxeris ut laqueo collum. Delator anilis
Quæ mala conspirat, talia passus obit.
Quid varias crebro juvenum tu verbere clunes?
Sed cur non mores corrigis ipse Ligur?
Bellua læva rudis quid adhuc in pulvere docto?
Πῦ; πόθεν; ἠδὲ τίνες; ψεύδεα Μῶμε λαλεῖς.
Te fungum jactas, sanus quem respuit omnis;
Non tibi palpatur quis, nisi Maccus hilum.
Abnue vitupero notum temerare Lycæum
Clamorem solitum comprime: fare mador.
Psittacus ampla loquax criticas exulcerat aures,
Exosus dæmon qui capularis erit;
Qui pia profuso subsannat vota cachinno,
Ad ritus sacri nolit adire chori.
Turba magistrorum tumidis è faucibus hiscens:
Heu pudor, heu pietas, jusque, fidesque jacent!

9 *Triobolaris histrio; metri sutor*
Flagri Dynastes pessime;
10 *Hircine mavi; terræ ac cælorum odium,*
Cerberi fastidium;
11 *Speras te curru considentem eburneo*
Ferire summo Vertice
12 *Stellas, easque Evantis (proh quanti viri)*
Umbram sequaces lambere!
13 *I, licet ad urbem cuculorum in nubibus*
Mortalium stultissime!
14 *Et tandem consors factus istius chori*
Effunde nugas, Nænias:
15 *I candidate crucis, ostentans, leve &*
Febriculosum ingenium:
16 *I literator, longa fias litera*
Cum fune collum obstrinxeris,
17 *Quid variaris crebro clunes verbere*
Mores tuos nec corrigis;
18 *Quid rudis adhuc erudito in pulvere*
Invisa nobis bellua?
19 *Jactasve cum te sanus quisque despicit*
Maccique soli palpitant.
20 *Absiste Mome nota ab Academia*
Solitumque hiatum comprime,
21 *Nobis dicaces psittaci bilem movent*
Et capulares Dæmones;
22 *Et qui nefando risu subsannant preces*
Ritusque sacræ ecclesiæ;
23 *Et inficeti pædagoguli gregis*
Ore strepentes turgido:

Desine,

Deſine, nam ſi tu latratus ederis uſquam,
Gibbum torrenti ſole Camele fricem.
Cruribus illiſam cautus vereare ſecurim,
Quam geris accenſam. Mens pecuina peri.
Te fera fortè feram ſtreperum diffundere mur-
Ore fero, famam me lacerare tuam: (mur
Quæ nec erat, radios quo primo tempore cernis,
Quæ nec erit, rutilus dum rotat aſtra polus.
Non moror ipſe tuas bipedum fæx ima querelas,
Quem nemo novit, quin tua probra putat;
Verſibus haud novies centenis poſſe referri.
Dens, frons, vox ſtudiis conſenuere latus.
Archilochus cedat Naſoni, Zoilus Homero,
Lappa roſæ, ceraſo cornus, erica nuci.
Omne micans aurum non eſt: metire Lycambis
Dramata, comperies aſperiora meis.

24 *Abſiſte ne ſi te baubantem audivero*
In ſole Gibbum refricem;
25 *Neve aſcia illidatur cruribus tuis*
Quam tute ſuccenſam geris.
26 *Ferate murmur ore forſan putrido tibi*
Tuoque mox exaudiam,
27 *Me probri accuſans quod famam lacero*
Cui fama nulla eſt aut erit:
28 *Aſt tuas querelas non morabor tetricas*
Quam nemo ſit quin noverit
29 *Tuas non poſſe traloqui impuricias*
Nec ter trecentis verſibus.

FINIS.

THE COFFEE SCOFFER Cuffed, and kicked:

OR, THE PITTIFUL PÆDAGOOG'S *Latin Vindication.*

A Riddle. *What Mome, and Matter, tell me Friend with ſpeed,*
Doth ſcribble Lies, and filthy Flies doth feed?
Solution. *Woollen breeds Moths: a* Rachill I did name,* * Hebrew, Slanderer.
Who hath no Wit, no Worth, no Grace, no Shame.

MAlè feriati plagipatidæ delumbans fuſtigatio.
Comitantur prælia prelis.
Pro captu lectoris habent ſua fata libelli.

Ænigma. Quid Momi, quid Materiæ, mihi narret amicus
Plaſmata conſcribit, fœtida monſtra parit?
Solutio. Lana creat tineas, Nebulonem nominat Anglis,
Cui pudor, ingenium, gratia, candor abeſt.

Μισῶ τὸν μιάμοια συμπότην.
Ἀνθρώπων φθονερῶν γλώσσῃ φιλοκέρτομός ἐστι.
Χρύσια χαλκείων, ἑκατόμβοι ἐννεαβοίων.

לֹא חֵלֶךְ רָכִיל בְּעַמֶּיךָ׃

Sic-

SIccine, ſcurra ferox, miſerum maciare magiſtrum
Te juvat? innocuos exagitare viros?
Ac ſi Cerbereis turgerent pectora diris,
Inficeret fibras torva Megæra tuas.
Nulla palæphatiis miſces medicamina chartis,
Nec quid habes genii lucidioris inens.
Putida mentiris, blandiris: Tullius illum
Judicat illepidum, cui tua lingua litat.
Prodigium humani generis, non candidus extat
Grotius; aſt patrii gemma, decuſque ſoli,
Audiat iſte licet talis, capitalia patrans
Crimina, quæ ſummo torta rigore gemunt.
Tu tamen ô palpo laudas, deliria jactas,
Abderitanis futiliora jocis.
Indiget Helleborò, qui te veneratur ineptum:
Naviget Anticyras, qui tua metra probat.
Frons index animi, titulus dicatur opellæ:
Θερμομάχην nemo vertice ſanus ait.
Non torquatus eques, cui tu famularis, & aſtas,
Promeret ad ſannas talia dicta ſuas.
Non mihi certatur, ſed diſſertatur, & illi:
Aſtupet ille ſtylo, materiæ ſed ego.
Singula quid referam? multis convenimus ambo;
Et diſceſſuris pangitur alma charis.

Sed

Sed tu felle truci reboans cerebrosus alastor,
Conturbas socii jura, fidemque chori.
Ibide Nasonis truculentior ipse notaris:
Hic libertatem, tu rapis esse mihi.
Depecularis inops vitam, victum; nec amictum
Barbarus indulges: Thrax violente furis.
Nigra Cytheriacum maculant specularia cygnum,
Luridus ingenuas fuscat ocellus opes.
Me monstrum vocitas; protruso dæmonis ano
Os vapor assimilas; jurgia rauca rugis.
Me cyclope crepas portentum turpius ullo:
Deficit illicibus dia Minerva genis.
Negligis haud nasum, Veneris lue fingis adesum;
Dispereat, Paphiæ qui vaga lustra petit.
Obturat capitis nares pituita, sed istas
Eximit, heu mœchi stigma, sagitta cohi.
Non ego depereo dominas, non oscula venor;
Est mihi musæum curia, sponsa liber.
Rabula quid facias? sciolorum fautor onagrum
Te jugat, & lusus abdicat ille tuos.
Pris bovicida blatis à me tolerare *cianum*,
Nec non discipulos plurima flere meos.

τῶν βυμεγεθῶν ψευδῶν! ὦ βομβαλοβόμβαξ!
Πῦ φρένας Ἀρκαδίης ἐκπεπόταται ὄνος;

Ἄρχει

Ἄρχει τῶν τυφλῶν ὁ μονόμματος. εἰνὶ κακίστοις
Σύρφεσι, τοῦ φράζειν κάλλιον ᾖ τὸ σιγᾶν.

Pygotribam, non pædotribam, me bucco laceſſis:
A non plagoſis Ludio lora luas.
Vilis adulator pecudum eſt, oſorque ferarum
Peſſimus, alterutro fœdior Hibris erit.
Vade age, vappa fugax, oras appelle remotas;
Ne te carnificis cædat iniqua manus.
Nunc tibi ſint comites laqueï; nunc monſtret obeſus
Cerdo furciferum; vindicet ipſe puer,
Quem modò ſulphureïs ſufflabas invidus armis,
Illius ac ſtruerent livor & ira necem.
Spiritus eſt vindex numen: te vidit agentem
Falſidicum ſtygii facta profana vadi.
Prodis in expanſum recidens lita ſimia ſputum,
Quod peccatorem cœcat & angit herum.
Fœta cruoribibos metuunt armenta leones,
Subruma carnivoro deviat agna lupo.
Saucia fulminei minitantur vulnera pardi,
Hiſpidus imbelles eſurit urſus oves.
Milvus & accipiter tremulos generantur ad ictus;
Turtur, olor, perdix, & philomela, quient.
Scilicet in terris remanet concordia diſcors:
Huic quod paſtus erit, mœror & horror ei.

Sic ſibi muſca ſalax dapibus ſaturatur inemptis,
Sed formica tenax, ſedula ſudat apis.
Quid tu, fuce vorax, telluris inutile pondus,
Mancipium vitii, ſtercus, oleta, paras?
Sons epulor, bacchor, meretricor, acerbor, odoror,
Quaduplor, ampullor, lurcor, apricor, aquor.
Rectores juvenum ſordent tibi, treſſis agaſo,
Clangitur hos aris, hos ſtuduiſſe focis.
Nugero, ganeo, gnatho, gulo, balatroque, ſuſurro,
Gaudent pacificos inſimulare procos.
Non ego percellor, te nil niſi damna mereri:
Naſcitur ad viduas morio quiſque vices.
Eſt ſatius ſtulto præſtare ſilentia rebus,
Quàm celebrare ſui ſomnia vana tori.
Quid tibi ſacrilego cum religione nepoti?
Non tibi ventriloquo creditur eſſe Deum.
Chriſticolis ſævos hoſtes mandatur amare,
Tu cane vicinos pejus & angue necas.
O quàm lætarer, rabiem ſi cernere velles!
Virtutis ſtatuas cœlica caſtra cupi!
Hoc de cive ſato dici, non ultima laus eſt,
Deſipuit cœlebs, ſed ſapit ille ſenex.
Deſere tu tricis rapidum diſpendere tempus,
Ne te grandævum vincula, reſtis, avent.

Si quid alis cultûs pauper, consuesce labori,
Desidiæ fugito squalida signa sequi.
Irrita si tibi sint homini documenta recocto,
Et pluris paleas, quàm bona verba putes;
Sed piger, unius censum tu redde talenti;
Si fodias, pateris; dilapides, quid erit?
Vive, vale, felix, veteranus, & omnia præstes,
Quæ placeant superis, proficiantque tibi.
At si tu fracidus sceleri cessare recusas,
Ultio, cognoscas, excubat ante fores.
Nunc claudam rivos; mihi jam satis arva biberunt:
Vermibus, ac cochleis, bilis, & ardor inest.

FINIS.

UMI